

Richard.

Genes. 10. Reconciliatio ac pax Dei cum homine per Christum.

1. Cor. 11. Albert. Mag.

Abfalon.

Philipp. 4.

Jobus.

20.

Cant. 5. In Christo pietas & se- veritas.

Psal. 113.

D. August.

21. Viegas.

Misericordia & iustitia in Christo.

22. Rupercus.

3. Reg. 7. Tota domus Apostolica fundatur in iustitia & misericordia.

ut manifestaretur eum cum pace venire mundum reconcilians sibi. Richard. Victorin. Iris in capite eius quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Cum ergo Iris sit signum reconciliationis, ac fœderis. Gen. 10. n. 13. in nubibus cœli, est arcus, sive nubes aquosa illustrata radiis Solis; Sol est filius Dei, nubes verò aquosa illustrata, natura humana, plena gratia- rum varietate: at verò cum Iris potuerit apparere in manu Angeli, cur in capite visitur? Nonne caput Christi Divinitas. 1. Cor. 11. n. 3. Caput Christi Deus. Ecce cur Iris non in manu, sed in capite; Albert. Magn. Quia potentia reconciliandi, & virtus in capite Iris, id est in divinitate, qua est caput Christi, Abfalon. Abbas ser. 34. Iris recte in capite. Angeli esse dicitur, quia propitiationem nostram operatus est Deus secundum naturam divinitatis. Pax nostræ reconciliationis cum Deo solum ab ipsa bonitate divina manavit, ait Paulus ad Philip. 4. n. 7. Pax Dei, que exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra. Tantum donum est pax, ut dicatur pax Dei siquidem à solo Deo venire potest Jobas Monach. de Incarnat. 9. c. 42. apud Bibliothecam Phoriti. Pax, ait, sublime donum, & sic exuperans humanum sensum, ut à solo Deo descendat. Pedes eius tanquam columnæ ignis: ad conterendos, & conculcandos peccatores ut eos consumat, & destruat; misericordia eius super omnia opera eius: Iris, quæ denotat misericordiam in capite, severitas, & iustitia in pedibus denotantur, vel etiam pedes eius tanquam columna ignis. Quasi his duobus pedibus ad nos venit Christus propter firmitatem, & potentiam, quam misericordiam, & iustitiam operibus declarat. Columnæ ergo sunt ad conterendos ac conculcandos peccatores: Ignem verò ob amoris ardorem erga non dilectos. Hac ratione de suo dilecto, ait Sponsa Cant. 5. n. 15. Crura illius columnæ marmoreæ, que fundata sunt super bases aureas. Verè hi duo pedes Christi columnæ sunt marmoreæ ad comprimendos peccatores, super bases aureas, misericordiam, & iustitiam. Decantat Regius Vates Psalm. 11. n. 8. De eo. Qui convertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. In hoc, duo inveniuntur, petra & stagnum seu fontes aquarum; meus Jesus iniquus est petra, ut eos conterat, & stagnum & fons aquarum ut torrente voluptatis suæ in æternum sariet suos electos, Divus Augustinus. Christus scilicet se prius durum, cum ignoraretur, liquescit ad irrigandos fideles, ut sit in eis fons aqua viva salientis in vitam æternam. Unde per hos duos pedes Christi, aliqui graves Auctores ut Viegas sect. 2. intelligunt duas ejus virtutes præcipue misericordiam & iustitiam; ait pes dexter sit misericordiam, sinister iustitiam; nam pes dexter, multo fortior est quam sinister; sic enim fortiosem, ac potentiosem Deus in suæ erga homines misericordiam argu- mentis, quam in operibus iustitiæ demonstra- vit; quod multis profequitur citat. Viegas. Ad hujus rei gustum illud Cant. Crura eius columna marmoreæ. Componit Rupercus cum illis duabus columnis æreis, quas Solomon. 3. Reg. 7. num. 15. in templo fabricavit, nam intelligens misericordiam, per alteram iustitiam, super quas tota fabrica ædificii erecta fulcitur, & sustentatur, sic ait. Fecit columnas æreas, columnæ istæ egregium

maximum ornamentum domus dei. Quid significet Auctor illarum, nobis cum invenit in Cant. dicendo in laudibus Sponsæ. Crura ejus columnæ marmoreæ: quam crura sunt Sponsæ, nisi univèrsa via Domini: planè via Domini univèrsa nisi dicitur. Misericordia & veritas, sive misericordia, & iudicium columnis istis, penè tota domus incumbit, totum sacra Scripturæ ædificium innixum est. Proindeque columnas marmoreas Sponsæ; & columnas æreas Salomonis, in eandem significationem misericordiam, & iudicii interpretatur, quibus pedes nostri Angeli assimilantur. Illud satis curiosè inquirens, cur in Salomone columnæ erant æreæ; in sponso marmoreæ; in nostro Angelo igneæ: res valde sonans, ac vocalissimum censetur: marmor multum con- stans, ac firmum, ignis flammeus est; & deno- tant hæc ardentem Christi charitatem firmam & constantem semper existere cum magna voce, & sonitu resonante per totum orbem; quæ nullis hominum peccatis diminuta est, sed cum magna voce clamabat, Si quis sitit, veniat ad me. Joan. 7. num. 17. Magnis, ac præclarissimis vestibus mandavit Deus adornari Pontificem Hebræum; dispo- suit, ut ejus caput adornaretur tiara cum lamina aurea; in qua erat scriptum sanctissimum Dei nomen. Iehova. In pectore verò imponebatur rationale cum duodecim lapidibus pretio- sis, in quibus extabant sculpta duodecim no- mina filiorum Israël: cingulo cingebatur ex omni lapide magno valoris intexto. Tandem componebatur carulea veste usque ad pedes dimissa. In cuius extremitate mandavit Deus Deorsum verò ad pedes ejusdem tunica per cin- gulum, quasi mala punicæ facies mixtis in medio tintinnabulis. Exod. 28. n. 33. Valdè commune est apud Sanctos Patres, D. Cyrillus Alexandri- nus lib. 11. de Adorat. Arnoldum Carnotens. tract. de Verbis Domini, ac alios in illa veste Pontificia denotari Christi mysteria, ejusque virtutes. In tiara cum lamina aurea, in qua scriptum sanctam Dei nomen denotari mys- terium Incarnationis, in quo excellens divi- nitatis aurum cum exigente nostræ naturæ adventum est; Duodecim lapides, duodecim Apostolos, quos alta sapientia expoliavit; Chri- stus Dominus; Cinctorium denotabat ejus vir- tutes, erit iustitia cingulum lumborum ejus. Isai. 11. num. 5. Carulea vestis cœlestem ejus vitam designabat: at verò in limbo vestis mala puni- ca amoris symbolum erat: hæc tamen mala punica cum tintinnabulis admista. Cur tintin- nabula, non ponuntur in tiara, in rationali vel in cingulo, sed tantum cum malis punicis? sicut malum punicum amoris est signum, sic & tintinnabulum vocem, & sonitum denotat, inde solum cum malis punicis admistum ponitur, quia inter omnia Christi opera, ac ejus virtutes amor insonuit, ac vocem extulit; ad quod respicit Petrus Riga Presbyter Rhemen- Canens.

Aurea cum malis se tintinnabula jungunt. Que jubar effundunt, excruciantque sonos Ecclesias Christi, sic semper splendor inaurat.

23. Elegans du- bium.

Charitas Christi mag- num sonitum dedit.

Joan. 7. 24.

Exod. 28.

Amer Christi super omnia sonans.

Isai 11.

Presbyter Rhemen.

QUÆSTIO III.

Ioannes Baptista juxta graves Aucto- res hic Angelus descendens.

25. Laur. à Pont.

26. Baptista Angelus. Matth. 11. Malach. 3.

D. Chrysol.

Dan. 7. Baptista pro omnibus Angelis.

Matth. 4.

Luc. 1.

Matth. 3.

Luc. 1.

Luc. 1.

Luc. 1.

Luc. 1.

Luc. 1.

L. Laurentius à Ponte tom. 2. in sapientia Salomonis c. 10. n. 21 homilia 29. §. de vire S. Joannis Baptistæ excellentia, existimat hunc Angelum esse sanctum Joannem Bap- tistam, qui prædicatione splendet ut Sol, ar- dore charitatis ut ignis, voce ut leo, pedibus inter utrumque testamentum stetit, ut finis hujus, & principium alterius quæ altius sunt examinanda. Vidi a terum Angelum. Joannem scilicet Bap- tistam. De eo enim ut testatur Christus Domi- nus Matth. 11. n. 10. Scriptum est à Malachia Propheta 3. n. 1. Ecce ego mitto Angelum meum, Deus cui affant millia millium Angelorum, hunc Angelum Joannem insigniter, ac singula- riter dicit Angelum suum, qui veniens in carne, filio Dei venienti in carne humana viam præ- pararet, ad hæc eleganter Chrysologus term. 89. Cum Christus Deus nasceretur in carne, Joannes Angelus est generatus in terris: ut ita officia terrena officio se cœlestibus misceret, sicut huma- ni se divina miscerant, & in terra Deo Angelus, & Domino ordo cœlestis obsequi non desset. Deus venerat in carne, ex carne genitus Angelus præmittitur, ut aptus famularus Domino adfit. Et Domino ordo cœlestis obsequi non desset. In cœlo Deo administrant millia millium, & de- cem millia, & centena millia Daniel. 7. Ar in terris ne desset Deo obsequium Angelicum, mittitur Joannes Baptista, qui licet unus sit, pro omnibus illis est, ut ante faciem Domini pararet vias ejus, & que plebem perfectam. In deserto post devictas tentationes. Accesserunt Angeli, & ministrabant ei. Matth. 4. n. 11. Multi nempe Angeli accesserunt, ut docent D. Chry- sol. Pach. & alii. Ubi Joannes non adest, multi ut necessarii Angeli ad Domini obsequium: cum Joannes præsens est, licet unus pro illis omnibus est, omniumque officia, ac ministeria dimplet, ut unus pro omnibus. Vide quæ de hac re dixi tom. 3. c. 13. q. 23. & 24. Fortis, Generosus & fortis in prædicatione sua extitit Joannes, de quo dicit Gabriel. Con- vertite corda patrum in filios, & incredulos ad pru- dentiam iustorum Luc. 1. n. 17. Quæ & arguebat Herodem. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Marc. 6. n. 18. Quæ & arguebat Magnates Judæorum. Videns autem multos Phariseorum & Sadduceorum, venientes ad Baptistam suum, dixit eis: Progenies viperarum, quæ demonstravit se fructu a ventre ira. Matth. 3. n. 7. Progenies viperarum dicit pulchre Joannes Cassianus li- bro 1. c. 4. Gemina viperarum parentum visce- ra corrodunt, eos tales dicit Joannes, qui a eorum heredes, domes, ac ora non timebat; Sed si Joannes tanta fortitudine erat præditus; cur Ange- o eum annuntians solum ait: Spiritu Sancto re- lebitur adhuc ex utero matris sue. Luc. 1. n. 15. Cur de ejus fortitudine non fit mentio. Sicut invenimus factam de Stephano Act. 6. n. 8.

Stephanus plenus gratia & fortitudine. Ex eo quod arguebat Judæos dura cervice, & incir- cumcisi cordibus. Act. 7. Respondeo quod ex eo quod Joannes dicitur plenus Spiritu Sancto, dicitur plenus omni gratia, & dono ejus. Deinde, virtutes quibus Stephanus replende- bat verbis poterant explicari: in quibus verò Joannes radiabat, ob eorum magnitudinem, silentio tantum venerari debent. Vide quæ dixi tomo 2. cap. 4. quæst. 10. Descendens de cœlo. Joannes in terris natus est, quomodo dicitur descendens de cœlo di- vus Chrysol. term. 88. sic scribit de eo. Beatus, qui ante meruit cœlum scire, quam terram. Beatus natus quam corpore. Petrus Chrysologus term. 91. Beatus, ait, qui ante pervenit ad cœlum, quam tangeret ter- ram, ante cepit divinum spiritum, quam huma- num, ante accepit divina munera, quam corporis membra. Joannes enim potius videtur datus de cœlo, quam ab hominibus generatus, de ejus parentibus Zacharia & Elizabeth scribit D. Lu- cas 1. n. 7. Non erat illius filius; eo quod esset Eli- zabeth sterilis, & ambrosius in diebus suis. Profundè exaggeratur sterilitas, ex ætate, ac infœcunditate, ut partus potius credatur à Deo datus, quam ab hominibus generatus. D. Chry- sol term. 87. Sterilitas, ait, seculis exag- ratur extrema, & à spe generandi totum subvertitur, quidquid est corporis, & naturæ; & ne vel cogita- ti: sobolis, ulla remaneret, ad id pervenit est te nitoris, & atatis: tunc totum divinum creditur, cum fuerit nihil humanum. Ut ita ex utriusque parentis sterilitate conjiciatur, in conceptione Baptistæ non humanam virtutem, sed divinam esse operatricem. Cum in lucem edidit Sacra- tissima Virgo Verbum incarnatum dicitur de ea Luc. 1. n. 7. Peperit filium suum primogenitum: Luc. 1. n. 57. Impletum est tempus pariendi & peperit filium. Cum Joannes fuerit filius primogenitus Elizab- eth; cur ergo non dicitur de ea quod peperit filium suum primogenitum, ut de B. Virgine narratur? ratio discriminis est, quia Virgo pe- perit Christum eo modo, quo illum concepit, concepit in gratia, peperit in gratia, & inde me- ritò ejus filius nuncupatur. At Elizabeth non edidit Joannem, eo modo, quo illum concepit, concepit in peccatis, emisit ex utero in gratia, idèo potius est filius gratiæ, cum hæc sit præ- cipua filiationis denominatio, ut dicant Phi- losophi sumitur à principali parte, & cum Joannes plus habeat à gratia Dei, quam à pa- terno genere, idèo non primogenitus Elizabeth dicitur, sed potius talis dicendus à gratia Chri- sti D. Chrysol. homil. 2. de nativitate. Joan. Cur autem Elizabeth peperit, & genuit? quod aliud quidem est opus nature: hoc verò supra naturam, quandoquidem peperit quidem in mulier, sed su- pervenit gratia Sancti Spiritus, & genuit super naturam: erat quidem miraculum quod fiebat in Joanne, & non tantum habebat paterni generis, quantum verbi. Expende ultima verba Non tantum habebat paterni generis, quantum verbi. multa dixi tomo 1. l. 1. c. 4. & 8. nube. Noster Baptista excellentia me in Angelus est, & facies ejus ut Sol re- spicit. Quia ut ait, D. Bern. term. de nativita- tistæ. Luminare majus est ad peccatorum remissionem.

28. D. Chryf. Baptista po- tius a cœlo natus quam à terra.

Luc. 1.

D. Chryf.

Luc. 1.

Joannes filius gratiæ supra ordinem na- turæ.

D. Chryf.

29.



Marc. 1. Rara Ioannis penitentia.

D. Pascaf. Imperfect. D. Paulin.

D. Basil.

1. Tim. 6. D. Bernard.

Matth. 11. Baptista trasgreditur perfectionem apostolicam.

Matth. 3.

Matth. 4. Christum praedicationem Baptista venerat. Caiet.

30. Ioannes annuntians pacem. Hail. 57.

Haymo.

31. Baptista inter alios puros homines luminare manibus.

D. Bernard.

remissionem nostras tenebras illuminans ad correptionem. Quomodo dicitur amictus nube? nubes pluviam emittit, qua lachryma, fletus, ac penitentia valde aperte significatur, ac denotatur. Ecce cur licet esset meritis Angelus, tamen nube amictus dicitur, quia licet ipse non teneretur peccato actuali, utpote in utero sanctificatus, tamen admirabilis penitentiae exitus catus, nam ut testatur D. Marc. 1. n. 6. Vestitus erat pilis Camelorum. Non lana, seu pelle, sed grossis pilis, seu setis Camelorum, quod erat valde rigidum, & asperum cilicium, ut affirmat D. Paschal. lib. 2. in Matth. Imperfect. homil. 4. in Matth. D. Paulin. Epistol. 10. ad Severum, pro cibo agrestibus herbis utebatur, inde ei continuum erat rigidum jejunium. D. Basil. Basil. Conc. 1. de jejunio. Ioannis Baptista vita, ait, quid aliud erat quam unicum & perpetuum jejunium. Scribit Apost. 1. ad Timoth. 6. num. 8. Habentes alimentis, & quibus tegamur, his contenti sumus. D. Bern. cit. Habentes vultum, & vestimenta, inquit Apostolus, his contenti sumus, Apostolica perfectio ista est. Sed Ioannes haec etiam supergreditur. Matth. 11. n. 18. Venit Ioannes, neque manducans, neque bibens. Planè nec vestiens, sicut enim non est locusta, cuius cibum nisi forsitan aliquorum animalium irrationalium, sic nec pili camelorum, est vestimentum hominum, sicque Ioannes penitentiae exitus exemplar, ut suum sermonem à penitentia sic exorcinavit. Penitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum. Matth. 3. n. 2. Quo etiam themate, ut Praedicationem Baptista honorare, ac venerari videretur, usus est Christus Dominus in exordio suae Praedicationis. Penitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum. Matth. 4. n. 17. Caietan. Iesus ab eadem materia inchoat praedicationem suam à qua inchoat Ioannes; tum ad confirmandam praedicationem Ioannis; tum ad exemplum nostrum, ut non dignemur inchoata ab aliis etiam minoribus proseguere.

Iris in capite eius, Iris in signum pacis ac reconciliationis data est à Deo; missus est Ioannes à Deo ut Praecursor annuntians Christum, qui venerat dare mundo pacem, & reconciliationem. Ait Hailas 7. num. 19. Creavi fructum laborum pacem, pacem ei, qui longè est, & qui profèdit dicit Dominus, quae verba interpretari possunt de S. Ioanne Baptista. Creavit fructum laborum. Nempe Baptista promissus ore & labiis Dei, ut explicat Haymo, promissus est Baptista à Deo. Vox clamantis in deserto Et subdit textus. Pacem, pacem ei qui longè est, & qui profèdit. Annuntians scilicet, Baptista Christum Dominum annuntiabat pacem & reconciliationem, ei qui longè est, nempe gentili, qui à fide remotus erat & ei qui profèdit nempe Iudaeo, qui antea habuit fidem & spem in Deum.

quemadmodum arsi Ioannes, & luxit? Ego utrumque in eo triplicem posse arbitror inveniri, & ardorem scilicet, & splendorem. Ardens enim erat in seipso vehementi amplexu & conversatione: erga Christum in modo quodam & pleno fervore devotionis: erga peccantes proximos constantia libera increpationis. Luxit nihilominus ut paucis dixerim exemplo, digito, verbo, & se ipsum ostendens ad imitationem & luminare majus quod latebat ad peccatorum remissionem, & ipsas quoque tenebras nostras illuminans. Expende illud, luminare majus. Scilicet post Christum. Unde de nostro Joanne loquitur Regius Vates. Pl. 96. n. 3. Ignis ante ipsum proceat, & illuminabit in circuitu inimicos eius. Illuxerunt fulgura eius orbi terra, vidit & commota est terra. Quae verba de Prophetis, qui Christum praecesserunt interpretantur D. Remigius, Brunonius, & alii, & à fortiori de Joanne Baptista explicanda sunt, ait ergo Propheta Ignis, scilicet Ioannes Baptista, ante Christum praecedet, & inflammabit inimicos eius, ait D. Remigius. Comburendo in eis nociva. Per peccata enim Christi erant inimici, inflammabit ergo ad penitentiam, & contritionem. Illuxerunt fulgura eius orbi terra. Hoc est Ioannis verba: nam quodlibet verbum eius fulgur, ac splendor erat. Vidit & commota est terra: ut explanat Brunonius: Commota est hoc est, terreni perterriti sunt in novitate praedicationis.

Pedes eius ut columna ignis. Merito pedes Baptista dicuntur columnae igneae, utpote ejus constantiam, firmitatem, ac permanentiam indicantes, in charitate, ac amore Dei, quam constantiam, ac firmitatem, maxime laudat Christus Dominus in Joanne dicens de eo ad populum. Quid existis in deserto videre? arundinem vento agitatam. Matth. 11. num. 7. Ac si dicat Christus, existisne ad videndum hominem levem, ac fluctuantem instar arundinis? Minime, sed fixum & permanentem, ex quo expendi, quod citato loco, maxime Christus Dominus Joannis virtutes commendat, ejus nempe austeram penitentiam, ejusque dignitatem, quod sit Propheta, & plusquam Propheta, quod sit Angelus, & inter natos mulierum major, inter tamen tam praecleara magnalia, ejus constantiam primò praedicat Salvator, ac si haec esset in eo valde mirabilis, quod cum Christus credi potuerit, noluit, sed firmus in sua humilitate stetit. D. Chryf. homil. 38. in Matth. Nec ita facile omnes, ait, in universa Iudaea effusi in Joannem fueris, nisi magnam quandam, & mirabilem virtutem adamantinis lapidibus firmiter Joannem putaveris, neque enim ad arundinem videndum existis. Pro quo vide quae dixi tomo 1. lib. 1. c. 8. q. 10. n. 25. & 26. & tom. 3. c. 2. q. 11. n. 92.

Posui pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram. Hic Angelus merito dicitur Joannes Baptista, exiit enim inter utrumque Testamentum attingens Novum, utpote illius principium, quod per mare significatur, ob multitudinem gratiarum, ac donorum; attingensque Testamentum Vetus, ut illius finem, quod per terram significatur, utpote respiciens Iudaeos homines terrenos; sicque Ioannes exiit inter utrumque Testamentum, ut finis unius & alterius principium D. Chryf. serm. 91. Post ejus laudes decantatas de eo ait. Fides concepit, parit castitas nascitur major homine, par Angelis

Psalm. 96.

Remigius. Brunonius. Ioannes fulgur, & ignis.

32.

Matth. 11. Constantia, ac firmitas Ioannis valde mirabilis.

D. Chryf.

33. Ioannes ut Testator ante finis & incipitum novi.

D. Chryf.

Angelus, tuba caeli praeco Christi, arcanum Patris, filii nuntius, signifer superni Regis, peccatorum venia, Iudaeorum correctio, vocatio gentium, legis & gratiae fibula. Faba a legis ut illius finis, fibula gratiae. Ut pote principium legis gratiae. Haec moraliter dixi in laudem Joannis Baptistae.

QUESTIO IV.

Verè natura Angelus erat iste qui de caelo descendit.

34. Verè Angelus.

35. Gabriel Angelus. D. Hieron.

D. Gregor.

lib. 1. Eisd. 4.

36. Viegas.

Ribei 2.

Cornel.

33. Ioannes ut Testator ante finis & incipitum novi.

D. Chryf.

EA quae diximus quæst. 2. & 3. de Christo Domino, ac Baptista moraliter sunt dicta: nam literalis, ac genuina sententia est quod iste qui de caelo descendit verè ac propriè natura Angelus erat, & bonus: descendit enim cum magno ornatu ac apparatu, & splendore, instar Solis quod solem bono Angelo convenit.

Aliqui boni Actores existimant hanc Angelum esse Gabrielem, ait noster Joannes. Vidi alterum Angelum fortem, & ut docet D. Hieronimus cap. 8. Daniel. Gabriel in lingua nostra interpretatur fortitudo Dei, vel robustus Dei: unde & eo tempore, quo erat Dominus nasciturus, & induiturus hunc mundum, Gabriel venit ad Zabulum, & Mariam, ut veli no mine prodiret Dei sui virtutem, a fortitudine D. Gregorius homilia 38. Per Dei fortitudinem, inquit, nuntiandus erat qui virtutum Dominus, & potens in praelio, a debellandas potestates aeras veniebat. Haec quamvis probabiliter sit dicta, tamen hic Angelus dicitur fortis, quia fortis nuntiavit & effecit, columnas habet igneas, rugit ut leo, & tonitrua excitat: deinde quia hic Angelus significabat Praedicatorum ac Doctores veritatis, quæ fortior est omni alia re, ut dixit Zorobabel lib. 1, Eisd. cap. 4. num. 37.

Amictus nube, ait Viegas, ad indicandam temporum Antichristi confusionem, denotans errorum caliginem; quibus homines illis temporibus implicabuntur: Hanc expositionem refutat lux faciei, quæ ad instar Solis refulget Ribei ait, per hoc ad indicandum esse cognoscendam, nec homines ei credituros esse, ut agant penitentiam: ac hoc dato frustra miretur; & hoc cap. n. 11. dicitur quod praedicator Evangelica adhuc sit facienda Regibus, & populo, quo indicatur, ab eis cognoscenda, & recipienda. Cornelius ait, esse amictum nube ob occulta arcana de fine temporis: ac hoc dato etiam omnes septem Angelis, essent amicti nube, & lux faciei hanc sententiam excludit.

Vera sententia est, quod Angelus solum nubes desert in vestibus, quia in nubibus Doctores significatur, quorum personam ipse gerebat, ut dixi q. 1. depluunt enim ipsi subiectis terris eadem doctrina pluviam Deut. 32. n. 3. Concrevit atur ut pluvia doctrina mea, sicut ne vos eloquium meum quasi imber super herbam, & quasi stille super gramina. Iris in capite, quæ est signum pacis, à capitibus enim Doctorem profluunt doctrinae pacificantes humana corda, quæ tranquillat conscientias, & pacem annuntiant in toto orbe.

Aretas aliter respondet. Iris in capite, ait, summam describit Angelici ordinis, qui ex fabricatione virtutum Deo placenit, & ex varietate circummissionem, significat suam proximationem, ac fractionem. Iris ex percussione radiorum Solis in nube fit, & color multiplex in ea apparet, & valde speciosus, ecce cur in Angeli capite conspicitur iris, ad indicandam multitudinem virtutum, quibus ipse fulget, & lucet.

Facies ejus sicut Sol. Ob splendorem doctrinae, pedes ejus ut columnae ignis, ob firmitatem, ac stabilitatem doctrinae qua sanctos illustrat, quæ in ignea charitate est radicata, ut dixi quæst. 1.

Sed quid est quod dicuntur tanquam columna ignis. Columna immobilis, ignis velocitatis solum; quomodo hæc coherent? quia charitas sanctorum Angelorum erga suos alumnos immobilis est, ut nullo casu, nulloque eventu eos deserant, sed semper in omni occasione defendant, ad quod praestandum Angelus velocissimus est, quia semper suos habeat in manibus, ac ante oculos ad tutelam & custodiam. Hanc Angelorum custodiam erga homines commendat Regius Vates, Psalm. 90 n. 11. Angelus sui Deus in manu dexterae, ut custodiant te in omnibus viis Angelus semitae. Et subdit. In manibus portabunt te. Non in per suis habet ante oculos. Agellus palchre sic ait: Quis si dicitur sit, non erit Angelo oneri protectio, & verè, quia secundum erit, ut in manibus portare: nam quæ cura sunt ut semper visa excitem affectum, manibus circumferimus. Ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum: Paraphrastes ne fortè in parvum cupiditate prava similis lapidi pedis tui. Innumerati lapides sunt in mundo ad offensionem, à quibus Angelorum custodia eripimur.

Ad ostendam viam populo Israël in itinere praecedebat Angelus. Per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, Exod. 13. n. 21. Cur ad protegendam Israël, columna à tali materia constituitur, nam si ignis erat, ut luceret per noctem; & nubes ut defenderet per diem ab æstu Solis; hæc alio modo modo facile fieri poterat divina potentia: Cur ergo, ut Angelus suam tutelam exhibeat, materia nubis, ac ignis eligitur? Ignis valde rapidus, nubes velox ac volatilis: Quis sunt isti, qui ut nubes volant, ita locissimus in nostram salutem. Cum Angelus esset valde praepes, ac maxime in prociectu, ut populo subveniret, nullas moras sustinere poterat, & ideo convenienter animo suo materia in ministerium datur, quæ nullam tarditatem haberet, sed in obsequio esset valde rapida & velox. Stephanus Cantur. apud Tilmanum: Angelus praesto adest per diem nube discurrens, per noctem verò igne calefaciens agit.

Tenebatur Petrus in carcere, & dum quodam nocte inter vincula domiret. Ecce Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in tabernaculo. Percussit, & quæ latere Petri excitavit eum dicens: Surge velociter: & ceciderunt catene de manibus ejus. Act. 12. n. 7. Ad quid Angelus committitur Petro velocitatem. Surge velociter. Cur non exiit Petrus lento, & quieto gradu? nam agebatur divina virtute, ac proinde facile poterat ut custodes alto & profundo sonitu deprimerentur. Ad quid ergo talis velocitas? Angelus impatiens erat cupidumque mala, ut Petrum liberaret, idè velocitatem quam

Aretas. In Angelis multiplex virtus.

37.

40.

Psalm. 90. Angelus semitae. Agellus.

Paraphrast.

41.

Exod. 13.

Hail. 60.

Angelus velocissimus in nostram salutem.

Steph. Cant.

42.

Act. 12. Angelus nullas moras sustinet in nostram salutem.